

I 2 W

1 6 0 5



✓ 00/19.

ms. Nr. 296.

Gesner, Jul. (Zug disputations)

—(46) Hoe, M.

K. IV. 31.

Rupertus Niesing accepit  
Jacobo Tappia.

comptur 1.13.7



205

14



DISPUTATIO XI.

PRO EXAMINE  
CONCILII TRIDENTINI  
CONSCRIPTO à REVERENDO

Dn. D. MARTINO CHEMNITIO OP-  
posita Sextæ sessionis Capitulo de imbecil-  
litate naturæ & legis &c.

*Complectens Capita tria,*

DE OPERIBVS INFIDELIVM SEV  
NON RENATORVM

- I. Pontificiorum opiniones,
- II. Sententiam S. S. Scripturæ.
- III. Obiectionum Pontificiarum solutionem,

de qua

*Sub Dco, Preside*

SALOMONE GESNERO

S. Theol. D. & Professore in Academ.  
Witteberg.

*Respondebit die 26. Maj. Anno 1602.*

M. ABRAHAM GIBELIVS

*Torgensis.*

WITTEBERGÆ,

Typis VVolfgangi Meisneri.



206.

**VIRO CLARISSIMO  
ET EXCELLENTISSIMO LI-  
TERIS, Virtute, experientia & consilij præ-  
stantissimo**

**DN. LVDOVICO VVILHELMO  
MOSERO,**  
*fidelissimo dignissimoq;*

**CHRISTIANI II,  
PRINCIPIS ILLVSTRISSIMI,  
DVCIS AC ELECTORIS SAXO-  
nia, Secretario & Consiliario, Domino ac Me-  
cenati suo perpetua animi veneratione su-  
spiciendo,**

*Has suorum μελετημάτων Theologicorum  
primitias,*

**Gratitudinis & observantia  
ergo**

*Consecrat & offert*

**M. Abraham Gibelius Torgensis.**



207  
CAPVT PRIMVM, RECITANS

Sententiam Pontificiorum de operibus infidelium seu  
non renatorum.

THESIS I.

**N**ie omnia persuasum habeamus, haudquaquam in  
hac controversiâ λέγει το λόγος περί καπνῶ σενολεσχίω  
fore, sed summè ad summorum Christiana fidei Ca-  
pitum, putà de Peccato originali, de Fide, de Iusti-  
ficatione, de Renovatione spiritus, de Bonis operibus & similiū  
sinceritatem interesse, ut in ecclesiâ Dei huius quoq; Articuli or-  
thodoxia ab omnibus profanarum opinionum asperginibus defe-  
cata ac pura constanter asseratur & urgeatur.

II.

Nimirum hoc ipsum quod diximus, planum satisq; perspe-  
ctum evadet, si prius cum Antichristiana synagoga de propo-  
sito doctrina Loco sententia; tum qua ex eadem extracta dogma-  
rum portenta partim palam prodidit, partim clanculum in suis  
latibulis agitavit secumq; etiamnum hodiè fovet; in apertam  
lucem & apricum sine sophisticâ producantur.

III.

Primò autem, quod alibi in gravissimis religionis Chri-  
stiane Capitibus solet, hinc quoq; variantium opinionum licen-  
tiâ & Phyrhonicâ suâ ἐποχῇ ludit.

IV.

Vi: quòd alij quidem ad γυμνασίω & inculpatam gentiliū  
virtutum bonitatem necessario requiri augurantur peculiare  
Dei subsidium, sed tale, quod praeellentium motuum illorum,  
qualibus Ethnicorum quoq; Hercules, Alexander Magnus,  
Julius Caesar & similes inclaruerunt plurimi, generoso siue he-  
roico afflatu desiniunt.

V.

Alij verò ad eandem obtinendam sufficere contendunt ge-  
nerate

Dua di-  
versa scho-  
lasticorum  
opiniones  
de operib9  
infideliū,  
quas Con-  
ciliū Tri-  
dentinum  
relinquit  
in medio.

I.

II.

gerale tantum Dei auxilium & sustentationem, (qua omnibus creaturis, dum subsistunt & moventur, communis est. Act. 17. v. 28) maxime vero si adjungatur hominis  $\omega\sigma\delta\epsilon\gamma\epsilon\sigma\tau\epsilon$  deliberatumq; consilium & intentio finis boni: tales etenim actiones inculpatae maxima in servire gloriae Dei.

VI.

Tertia generalior, quam Pontificij moralis defensores omnes.

In genere vero  $\delta\mu\omega\psi\eta\phi\omega\varsigma$  in eo Samsonae ista vulpes ceu concatenatis caudis conciliantur & conspirant, saltem ut videlicet aliqua, cum primis praestantiora ante personae ipsius gratiosam acceptationem edita opera, e viciorum numero atq; divina condemnationis fulmine vindicare, conjuncta operata laborent.

VII.

Huic etenim Scholasticorum praconcepto & modo utrobique praesupposito paradoxo, per se quavis stipula leviori non consentium duntaxat sed & pondus adicere Concilij quoq; (si Deo placeat) Oecumenici Tridentini confessus Canone hic septimo satagit.

VIII.

Ideoq; anathematis telum stringit in Ecclesias nostras, qui Divinarum Scripturarum autoritate freti asserimus, omnes in universum gentilium sive hominum irregeneratorum virtutes, cuiuscumq; tandem sint generis, esse vere peccata Deiq; odio dignas.

IX.

Sequitur de monstroso porismate, quod Pontificij cum Thammero ex huius sententiae hypothese exstruunt.

Hunc vero jam ulterius, licet Adversarij pleriq; omnes magno molimine cum Canone praemisso primo clamitent, se eius moneta virtutibus, cultus religiosi & justitia Divino iudicio opponende salutisq; aeternae vim minime assignare: liquidissimum tamen evadet, in ipsius rei fundamentis Thammerianae huius de salute Philosophicae opinionis monstrum fovere omnes, quicunq; memorata Antichristiani Canonis septimi hypothese suo calculo suffragari ex animo non cohorresunt.

X.

Inconcussa enim perstat regula, neminem posse inculpata seu absq; vicio bona vel loqui vel facere, qui ipse sit malus Matth. 12. v. 34. se converso omnes, quicunq; iusta seu vere bona egerint, justos.

209.

justos esse 1. Ioh. 3. v. 7, & peccatorum onere levatos Genes. 4.  
v. 7, esse ex Deo 1. Ioh. : 2. v. 29. 3. Ioh. v. 11, Deique  
cultores, 1. Tim. 2. v. 10. tandem, fore, ut in lucem & resurre-  
ctionem vita prodeant Ioh. 3. v. 21. & cap. 5. v. 29.

XI.

Quod si qua igitur predictarum virtutum, quantumlibet  
vita communis usu & honestate prestantissima, peccati turpi-  
tudini divinaq; condemnationi obnoxia non sunt: in victe pro-  
tinus eiusmodi fructuum bonorum indoles arguet, ipsas adeo  
arbores, hoc est; personas, à quibus proficiscuntur, coram Deo  
minimè esse malas, sed longè acceptissimas, bonas, justas, Dei  
filios & cultores, idq; vel extra viam Deo ipse per Christum partam,  
quin & sine verbo velato, sine Sacramentis, sine fide etiam-  
dum existentes: (de eiusmodi enim benefactionibus hic Locus  
proprie agit) deniq; eosdem universos lucis ac beata resurre-  
ctionis consortes, aeternaq; vita fore heredes.

XII.

Advertis Lector pie, id quod primà Thesi subnotavimus,  
uno hic ictu & ictu à Satanà & infernalibus portis peti uni-  
versum meritum & honorem Christi, universam sanctorum fi-  
dem, totiq; adeo religionis Christianae acropoli & fundamen-  
tis inhiari?

XIII.

Nec verò vagam hanc dixeris conjecturam: plus nimio o-  
minis comprobant certitudinem (qua merito omnibus hac in re  
veternum excutere debebant) tristia multorum exempla, qui  
justo Dei iudicio eo prolapsi sunt cecitatis, amentia & blasphe-  
mia, ut non saltem calum Philosophorum in corde calare, sed  
tandem publicè in eiusdem de operibus infidelium memorata  
hypotheseos fundamentis extruere non sint veriti.

XIIII.

Non jam dicam Rhetorium, Pelagium cum complicibus,  
Thammerum, Erasmus Roterodamum, Zvinglium, Franci-  
scum Puccium, etc. Non etiam dicam Franciscanum istum Mo-  
nachum,

machum, qui, referente Sleidano, Tridenti Anno 1552. fervente Concilio Thammeri paradoxon ex Rom. 2. cap. propugnare pro concione sibi permisit: sed postea docere desijt, quasi ad Patribus improbaretur.

XV.

His inquam, ne invidia decreto concilianda gratia allegari videantur, omisis, prodeat in medium Andradius Papua, Concilio Tridentino a secretis intimis & interpres primarius.

XVI.

Eius enim axiomata hac sunt, quibus nobis retrusa Concilij mysteria pandere dignatur: Philosophi, qui ab inani Deorum multitudine abhorruerunt, unum vero Deum, quem totis viribus inquisiverunt, mente complexi & religione venerati sunt, illi perpetuo placere studentes; illos, inquit, nunquam illam (salutificam) fidei Dei cognitione destitutos dices?

XVII.

Et iterum: Iustus ex fide vivit: illa vero fides & Dei cognitio ad iustitiam & salutem eternam, non ex sacris tantum literis divinisque oraculis, sed ex rebus etiam ijs, quae sensibus subjiciuntur, haberi potest.

XVIII.

Absurditatem auget blasphemiam, dum pergit: Neque enim duritas atque immanitas tetrrior ulla esse potest, quam sempiternis cruciatibus mancipare homines propter illius fidei inopiam, quam consequi nullam ratione poterant. Et postea: Cum aliam agnitionem naturae non potuerint habere; impossibilia in obligationem cadere, ferus solum, teter, humanitatisque hostis quispiam poterit existimare.

XIX.

Mireris hominis vel supinam imprudentiam vel profligatam impudentiam; maxime cum ipsum Concilium primo Caelum ei, qui homini per proprias naturae vires absque divina per Christum



24.

Christum Iesum gratiâ justificationem assignârit, anathematis  
fulmen intentare præ se ferat: Sed hem tibi veteratorias præ-  
stigas: Quis non sanctè dejeret, Concilij Patres his verbis à  
prophanâ Thammeri sententiâ tam esse abienos quàm qui ma-  
ximè? O infelices verò! qui sese isto Sirenium cantu delinirè.  
& in suâ simplicitate decipi patiuntur. Audias enim explicatio-  
nem & conciliationem Andradij.

XX.

In ipsâ divinâ providentiâ, inquit, quâ gubernantur res  
creata, implicatè & absconditè continetur generis humani per  
Christum redemptio: philosophi igitur, qui generalem illam  
Dei providentiam perspectam habebant, simul sanè intellige-  
bant, nihil Deum, prætermisurum, ut homines sempiternâ  
felicitate perfruerentur: Atq; ita non prorsus ignorâsse Chri-  
stum Iesum crucifixum dicendi sunt, etsi rationem, quam  
Deus esset initurus, humana salutis curandæ, compertum  
minimè habuerint.

XXI.

Ideoq; illud Clementis Alexandrini lib. 1. Σφωμάτωρ,  
ἔστω δ' ἀγώγῃ ἢ φιλοσοφία τῶν ἔθνων, ὡς περὶ τὸ νόμῳ τῶν Ἰουδαίων,  
εἰς Χριστόν, simpliciter citra omnem mitigationem accipi vult,  
hoc sensu: ipsam quidem Philosophiam nunquam habuisse vim  
ad justificandum, sed ad justitiam comparandam fuisse olim  
Græcis necessariam: Divinum enim Numen Philosophiæ  
ministerio usum fuisse, ut homines excellentissimæ illi disci-  
plinae deditos clarissimis justitiæ ornamentis illustraret.

XXII.

Et addit: Philosophia meditatio, quia mentem Dei cogni-  
tione illustrat, pietate informat, virtutumque institutus &  
amore exornat; ad Evangelium quodammodo viam mu-  
nit. Animus enim, qui ex Philosophiâ (de illâ enim Andra-  
dius loquitur) verâ Dei cognitione virtutūq; luminibus est illu-  
stratus, atq; in divinarum rerū contemplatione satis versatus,  
facilius

Facilius quidem ad reliqua fidei mysteria adduceremur. Ha-  
 etenus verba Andrady.

## XXIII.

Etsi autem hæc & similia portenta coram piis auribus (ve-  
 rerum verbo) vel in propatulum produxisse, confutasse sit: ta-  
 men in re tam gravi non poterit, δεῖ δὲ οὐτὶς, deesse cura  
 precium, si horum omnium radicem ac infelicem matrem tam  
 infelicibus partibus fecundam, dictam nimirum de actioni-  
 bus infidelium hypothesin, ad sacrarum literarum ductum & a-  
 mussum paulo impensiore operâ exigamus.

## CAPVT SECVNDVM, EXPO-

nens Scripturæ sententiam de virtutibus gentilium  
 seu non renatorum.

## XXIIII.

Atq; ut καρδιάς & cardo accuratiùs animo teneatur, præ-  
 muniendum est, non h. l. converti de vicijis per se, ijsq; apud  
 quosvis notis & exisis: sed de ipsis natura humana bonis, ijsq;  
 nobilissimis Dei donis, quanta ea non nisi divini (Iob. 10. v. 8.  
 & seq. Psal. 139. 6. 1. Tim. 4. v. 4. Augustinus Epistola 130.  
 Et contra Iulianum lib. 4. cap. 3.) seu generalis seu peculiaris  
 muneris beneficio, unquam inde usq; à Protoplastorum lapsu,  
 in hominem Ethnicum sive Christiana justitia exortem ca-  
 idunt.

## XXV.

Quò pertinet ipsa irregenerati hominis substantia, conve-  
 nientiores affectus, lumen naturale sive κοινὰ ἔννοια ut nume-  
 rorum, ut discrimen honestorum & turpium, &c. ipsa mens &  
 voluntas & præstantissima quaq; earum vires, habitus, motus  
 & actiones interiores iuxta atq; exteriores, ut sunt inventiones  
 & tractationes artium, disciplina externa sive constitutiones  
 hone-

bonestarum legum, virtutes politica, ethica, economica etc.  
cunctaq; adeo laudabiliora hominis Ethnici sive injusti tum  
facta tum dicta & cogitata.

XXVI.

De his scriptura S. Canon sonora voce tristem hanc promul-  
gat sententiam, primo universe, omnia haec sub peccato iraq;  
ac condemnatione divina conclusa esse Gal. 3. v. 22. Ephes. 2. v.  
5. omnia esse immunda Tit. 1. v. 15. carnem Gen. 6. v. 3. quippe  
qua non ex Spiritu sed ex carne nata universa Ioh. 3. v. 6. Ac  
proinde praeceptis Dei minime conformia Rom. 8. v. 7. eidem  
autem summe displicentia v. 9. & Heb. 11. v. 6

XXVII.

Deinde, quando haec omnia existant sine Christo Eph. 2.  
v. 12 eidem adversa sint oportet, ut à Christo ipso concluditur  
Mat. 12. v. 10. ejusq; regno noxia; ibidem: vasa quippe seu or-  
gana non nisi peccati, tenebrarum Satanaeq; regno in solidum  
obnoxia & mancipata, ibidem v. 29. & Colos. 1. v. 13 2. Tim. 2.  
v. 26. Talia igitur quae sunt, nunquid quae ad Evangelium &  
mysteriorum fidei faciliorem apprehensionem viam munire  
sint credenda? uti Andradius supra somniabat.

XXVIII.

Atq; ut eo minus in inferiores duntaxat & crassiores car-  
nis effectus haec Spiritura fulmina torqueas, evidentius enun-  
ciat, eximia & summa in hominibus Deo esse ῥῆδύμα Luca  
16. v. 15. Et quod fortius urget, in carne (hoc est in toto homine  
citra regenerationis donum considerato, Gen. 6. v. 3. Iohan. 3.  
v. 6.) nihil uspiam habitare boni Rom. 7. v. 18. à capite usq; ad  
calcem nihil in homine esse salvum ac integrum Esai. 1.  
v. 6. ne ipsum quidem ὄνη hoc est, vi Hebraismi, ἔσοχον &  
praeipuum quodq; v. 5. Florem hominis & gloriam, Spiritus  
divini vehementiâ corripit, exiccari & dissipari Esai. 40.  
ver. 7.

XXIX.

Ne furtè voce gloria hinc νενοδοξία notata pueriliter somnie-

B

tur,

Prima  
clasis ar-  
gumento-  
rum conti-  
net testimo-  
nia & argu-  
menta, po-  
tissimum  
ab univer-  
sali ad par-  
ticulare  
concluden-  
tia.

2  
quintus  
me tibi  
monito  
audire  
cor hinc  
quod hinc  
quod hinc  
quod hinc  
quod hinc  
quod hinc  
quod hinc  
quod hinc  
quod hinc  
quod hinc



gar, magis advertemus Petro, qui δ'ὄξα<sup>α</sup> reperit I. Pet. 1. v. 24.  
 imò Esaiā qui חָסַד, id est (vi vocula) ἐξ αἰσθητοῦ & desiderabi-  
 le quodcumq; ; seu חֶסֶד־כָּל־תְּקִיפֵי omnes vires, & עֵשֶׂת־רִנָּן cogi-  
 tata, ut nervosissime Chaldaus; Summa, כְּלֵה נְאוֹתָהּ omne  
 hominis decus, uti expressit Syrus: eò quòd pravitatis vene-  
 num instar aqua in omnes spongia partes sese diffundentis, Iob  
 15. v. 16. non minus, quàm infirmiore natura conditio-  
 nem, istum quoq; hominis decorem adeòq; ipsum mentis the-  
 saurum infecit, pertransit & corrumpit: Is itaq; quo jure fingi-  
 tur à labe & immundicie aliquando alienus? aut, ex eodem  
 quid illibati poterit proficisci? quemadmodum scriptura argu-  
 mentatur Mat. 12. v. 35. & Cap. 15. v. 19. Iacobi 3. v. 11. & 12.

XXX.

Solutions

ad triam

objectionē:

quibus si-

mul inci-

ditur καὶ

φύσει,

quod Bel-

larmius

recitata ar-

gumentati-

oni Mat. 12.

v. 35. oppo-

suit.

Sed quid de eà hominis gloriā, probitate, sapientiā & pra-  
 stantiā per se citra ejusmodi congenitam pravitatem considera-  
 tā fuerit censendum? Hoc enim effugit Bellarminus lib. 5. de  
 gratia & lib. art. Cap. 10. videbatur elapsus. Atqui considere-  
 tur sanè: talis tamen, (absq; ἐν τῆς ἀρετῆς videlicet perversitate  
 & vicio) qualem tu illam per se considerare, potes, nunquam  
 est, neq; tua consideratio ipsam à ferrea corruptionis & incre-  
 dulitatis captivitate unquam re ipsa vindicabit: (Hoc enim  
 solius Christi est proprium Rom. 6. v. 19. Ioh. 8. v. 34. & sequ.)  
 Quae cum ita sint, certè non solummodo ipse iniquus bonitatis  
 natura abusus & corruptio, ut Manichaei delirabant, sed & na-  
 turalis bonitas ac praestantia ipsa, lege Divina accusatur &  
 condemnatur. De hoc vide Augustinum de natura & gratia  
 Cap. 3.

XXXI.

Deinde tota natura humana residua ἐξ ὅλης ne per se quidem  
 considerata, perfectè bona est, nedum hominem, ejus mentem,  
 vitam vel opera saltem naturali perfectione exornet: Non  
 enim assurgit ad illam integritatis & bonitatis sublimitatem,  
 hoc est, sanctitatem seu innocentiam veram in qua primitivè à  
 Deo condita erat Eph. 4. v. 24. Annon igitur vel hoc imperfe-

Etiam

Et iconis nomine cuncta ista eminentia, mens & virtutes, tamen sicut  
ea in misera hac rerum humanarum conditione in civili vita  
& gubernatione, politici finis gratia permittuntur, aliaque enor-  
mia scelera multis post se para sanguis recte relinquunt; Divina  
tamen censura meritisime, extra Christi reconciliationem, ad  
infima usque tartara abijciuntur & repudiantur? Deut. 27. v. 26

XXXII.

Tertio, tamen si etiam mortalium genti concessa dona, qua-  
tenus talia, Deus certo modo (largius videlicet accepto eudoxi-  
ae, sive beneplaciti vocabulo) approbare usque delectari scribi-  
tur sapientia II. v. 14. Ps. 104. v. 31. tamen ista approbatio lon-  
ge inferiore gradu subsedit, quam ut enervet summa condem-  
nationis Divina telum id, quod ob innatam depravationem in  
ipsam etiam natura humane gloriam ac prestantiam a Deo in-  
torquetur, ut modo demonstratum est. Ac quemadmodum  
eadem per se suisque viribus divinorum oraculorum pronunti-  
ata approbare, usque subscribere, & se (quod decebat) obsequiose  
submittere, laudemque veritatis tribuere non potest I. Cor. 2. v.  
14. Sic est converso & ipsa, quantumvis per se considerata, a Ie-  
hova, summo illo eudoxiae gradu (quo non nisi filios complecti-  
tur, & qui solus eudoxiae divinae denominationem proprie sor-  
titur, quodque solum indubitatum integra & vera innocentia &  
ablata prioris condemnationis vestigium est) extra Christum  
haudquaquam approbari suerit existimanda. Impossibile enim  
est placere Deo sine fide Heb. 11. v. 6.

XXXIII.

Denique si quicquam datur in humanis peccati & viciosita-  
tis immune, aut per se integrum, sequitur, illud ipsum inter-  
cessione Mediatoris & instauratione ac renovatione Spiritus  
sancti minime indigere: Atqui hoc posterius quam sit prodi-  
giose absolum & in honorem Christi blasphemum, ex pronunti-  
ato patet Apostoli 2. Cor. 5. v. 17. cum omnia in Christo inno-  
vata esse, & 1. Pet. 2. v. 5. cum nec opera, ejusdem intercessione  
destitui oportere, liquidissime asseruntur.

Quartum  
argumen-  
tum.

B 2

Hine



Secunda  
clasis ar-  
gumento-  
rum conti-  
net testi-  
monia &  
probatio-  
nes in spe-  
cie in ope-  
ra ipsa di-  
rectas.

XXXIII. Hinc jam in specie vitam irregeneratorum Scriptura alie-  
nam à vita Dei Ephes. 4. v. 18. & veteris hominis aetiones de-  
finit Coloss. 3. v. 9. & priorem veteris hominis conversationem  
Ephes. 4. v. 22. παρρησιας ὁποῦν conversationem vanam 1. Pe-  
tri 1. v. 18.

XXXV.

Vniuersa porro opera extra Christi lucem putida esse & mala  
Iohan. 3. v. 21. & cap. 7. v. 7. esse opera tenebrarum 1. Ioh. 2. v. 11.  
à luce reprehensa & damnata Ioh. 3. v. 20.

XXXVI.

Quippe cum illi membra sua, mancipia prostituunt iniusti-  
cia Rom. 6. v. 19. iusticia nunquam; cuius specimen non nisi  
ex peccato liberati edunt, v. 20.

XXXVII.

4. Exod. 34. v. 7. Iob. 9. ver. 21. 30. & 31. Cumq; omnes ha quoq; piorum iusticia Deo censore sint quasi  
pannus menstruata Esaia. 64. ver. 6. quo iure hac censurâ  
eximes iusticias eas, quas nec Christianus habere dignatur  
Phil. 3. v. 9. sed damnatum arbitratum & κωβηλα; v. 8.

XXXVIII.

5. Tertia clas-  
sis argumē-  
torum cō-  
plectitur  
testimonia  
& proba-  
tiones pro-  
priè in o-  
pera inter-  
na sive  
cogitata,  
nec non  
sermonem  
mentis cha-  
racterem  
directas.  
Quid? quod & Iehovah non semel disertis verbis testatur  
hoc genus opera à se haud unquam mandata esse, neq; se ijs dele-  
ctari, Ieremia 7. v. 22. Osea 6. v. 6. Esa. 1. v. 12. & seq. Qui  
enim Christum non diligit, ne xpo quidem sermonis eius seruat  
Ioh. 14. v. 24. Cumq; summa, fasciculus, compendium & com-  
plementum totius legis sit dilectio ex corde puro bonâq; consci-  
entiâ & fide ἀνυπόκριτος 1. Tim. 1. v. 5. sequitur, virtutes his o-  
mnibus destitutas & deslecentes, non modò summâ illâ totâq;  
adeo lege propriè preceptas dici non posse, sed potius gravissimè  
eadem redargui & viciositatis convinci.

XXXIX.

Disertius adhuc Sacrosancta oracula energias atq; aetiones  
mentis internas seu cogitationes pronunciant esse cogitationes  
iniquitatis Esa. 59. v. 8. & vanitatis plenas Psal. 94. & 12. Rom.  
1. v. 21. nec eas solùm, minoris precij quae sunt; sed ipsâ sapientiâ  
esse

esse carnalem 2. Cor. 1. v. 12. 1. Cor. 1. v. 26. Rom. 8. v. 5. esse  
 stultitiam 1. Cor. 3. v. 19. ipsum φρόνημα carnis ( id est totius  
 hominis extra Christū, ut supra est demonstratū) esse inimici-  
 tiam adversus DEVM Rom. 8. v. 7. nec legi DEI conformē,  
 i bidem; ipsumq; adeo ὑψώμα λογισμῶν extollere se adver-  
 sū cognitionem Dei 2. Cor. 10. v. 5. Deniq; ἀπειθὸν νόμον, inibi;  
 seu, ut prius Moyses effert לב-יצר מחשבות לב- omnem ef-  
 formationem cogitationum cordis humani esse tantū malam  
 Gen. 6. v. 5. Quā igitur ratione, ex parte bona dicentur?

1.  
Theol. 26.

XL.

Sic videas alicubi Philosophos non ineptè disputare & me-  
 ditari de Deo, de providentiā, quā omnia gubernat Deus &c.  
 Sed quia hæc sic disputant, ut ignorent, (1. Cor. 2. v. 8) DEVM  
 misisse Filium suum Christum in salutem peccatorum, & ipsæ  
 præclara disputationes sunt summa DEI ignorantia & mera  
 blasphemia; secundū allegati Loci sententiam, quæ sim-  
 pliciter pronunciat, omnem fictionem, studium omne humani  
 cordis tantū esse malum.

2.

XL I.

Id quod gentium Ap. stolus ita porro effert; eas & verita-  
 tem DEI commutasse mendatio Rom. 1. v. 25. & ne in sapien-  
 tissimis quidem meditationibus suis ad DEI proprie sic dictam  
 cognitionem aspirare 1. Cor. 1. v. 21. 1. Thes. 4. v. 5. Ephes. 2. v. 12.  
 quin in eo ipso, in quo sapere videntur, insatuari & frustrari  
 Rom. 1. v. 21. & 22. seu, ut Iohannes, in eo ipso, cum se DEVM  
 nosse dicunt, mentiri, & veritate destitui, 1. Ioh. 2. v. 3.

3.  
Quā unū  
esse DEVM,  
scire (in  
laxiori vi-  
delicet si-  
gnificatu  
voce notit-  
iæ sūtā) &  
poterant  
& gloria-  
bantur.

XL II.

Res ipsa enim clamat, eas nunquam tam præclara, tamq;  
 felicia de Dei unius essentiā, sapientiā & potentiā concipere co-  
 gitata, quin ea ipsa simul horrendum in modum hallucinentur  
 in veri Dei Personis, hallucinentur in eius revelatā voluntate  
 Mat. 11. v. 26. & 27. 1. Ioh. 2. v. 23. His itaq; plus quā Cym-  
 meriis tenebris illa non obruerentur? his erroribus abominan-  
 dis illa in speciem sanctissima non prophanarentur?

4.

B 3

Quid



Quintum  
argumen-  
tum.

## XLIII.

Quid? quod extra verbum revelatum nec de ipsis virtutibus ulli unquam vacant cogitationi, quin eâ ipsâ Christianis virtutibus e diametro adversentur & repugnent.

## XLIV.

Cujus rei specimen vix luculentius quispiam quam ipse Papatu totus nobis exhibet, qui, quantumvis tantâ luce Divina oracula habeat exposita, quotiescumq; in hâc (quam prae manibus habemus) de operibus doctrinâ versandâ occupatus est; nihilominus perpetuò cû gentilibus, animo & illis ipsis meditationibus suis infinitis parasangis peregrinatur & aberrant à verâ & unica principali virtutum sive honorû operum causâ efficiente, à formali, à finali: (ut mox Cap. 3. ad oculum demonstrabitur) Quorum tamen omnium genuinâ sine notitiâ & pensatione nulla unquam pia aut ἀμεμπτος, de virtutibus meditatio adornari potest.

## XLV.

Illi verò harum causarum loco interim alias reponunt, ut: cû optimè de virtutibus judicare volunt, magnificè eas suspiciunt & commendant, vel propter politicum finem, quod vident & privatim & publicè eas esse utiles, vel propter meritum indulgentiarum, gratia aut etiam vite aeternae: de Deo autè nihil solliciti sunt, quod semper (1. Sam. 15. v. 22. Num 15. v. 39. Josue. 1. v. 7. & 8.) & magis ejus voluntas & mandatum, quàm vel privata vel publica commoda aut merita spectanda sint.

## XLVI.

Vi ne dicam, quod nec initium quidem actionis bene beateq; instituendae considerant, quae in omnibus functionibus feliciter & cum successu gerendis summè necessaria est, Christi merito unicè nixa precatio, Proverb. 3. ver. 5. & 6. Psal. 37. v. 5. Colos. 3. v. 17. Hâc itaq; neglectâ, hominem in sua securitate & profanitate confirmant, eiq; vel sine hujus generis pre-  
catione



tationis felicem successu spondent & somniant, quotiescung, de virtutibus vel cogitant vel sermocinantur: Insuper secus si quis moneret, odio, aut etiam gladio, unda, fune, igne persequerentur.

XLVII.

Hanc itaq, caliginem, hos sacrilegos errores, hac venena, septem has (ut Sapiens loquitur) abominaciones cum in universis & singulis de opere bono quamlibet speciosissimis Papicolarum atq, gentilium meditationibus certo implicatè latere consideramus; certè ne ullam quidem eorum meditatiunculam virtutis, nedum externum opus à turpitudinis & pravitatis suspicione asserere vel possumus vel debemus.

XLVIII.

Porro cum os hominis non nisi ex cordis abundantia loquatur Mat. 12. v. 34. non minus veneni aspidei, perversitatis & Bδελυγμῶν omnibus ejus maximis minimis sententijs ac dictis subesse dubium est nullum. Stat enim Christi pronunciatum supra recitatum, neminem unquam malum incorrupta seu absq, vicio bona sermone suo prodece Mat. 12. v. 34.

Septimum argumentum de sermone in specie. Rom. 3. v. 13. & seq. Psal. 5. v. 10. Ps. 140. 3.

XLIX.

Atq, eò minus est, quod dictam cogitationum & sermonis pollutionem miremur, quò magis ipse homo totus asseritur filius ira Ephes. 2. v. 3. immundus Esa. 64. v. 6. & optimus, quasi spina Michæ 7. v. 4. tenebra Eph. 5. v. 8 σπῆλαι 2. Pet. 2. v. 13. Deut. 32. v. 5. vanus Rom. 1. v. 21. imò כָּל-הַתְּהוֹמָה כָּל-הַדְּבָר כָּל-הַתְּהוֹמָה totus mera vanitas Ps. 39. v. 6. abominatio Ps. 14. v. 3. ita ut & opera sua בְּעֵינַי detestabilia reddat v. 1. nec unquam bonum faciat v. 1. & 3.

Septimum argumentum

L.

Qu n & ipsa astruitur mens caca Eph. 4. v. 19. 2. Cor. 4. v. 4. obtenebrata Rom. 1. v. 21. Eph. 4. v. 19. perversa Jeremia 17. v. 9. Gen. 8. v. 21. ἀσωτη 2. Rom. 1. v. 21. vana Eph. 4. v. 17. mens & conscientia inquinata Tit. 1. v. 15. ita ut vi hujus im-

Hag: 2. v. 14

B 4. mundi

mundicie operibus suis Deum neges v. 16. & ad omne bonum opus sit reprobata, ibidem.

L I.

Atq; ut tandem concludamus, mundus totus uti in malo jacet 1. Ioh. 5. v. 19. Gal. 1. v. 4. ita nihil in eo extra Christum à divinâ condemnatione vindicari potest, Rom. 3. v. 19. Ioh. 16. ver. 8.

9.  
Plura nec  
minoris  
momenti  
argumenta  
desumpta ex  
causis ad  
bonum o-  
pus requi-  
sitis nec  
non ope-  
rum Chri-  
stianorum  
& gentiliū  
differenti-  
is, offerent  
se in soluti-  
one sophis-  
marum  
pontificio-  
rum.

CAPVT TERTIVM, DILVENS  
PRAECIPVA PONTIFICIO-

rum argumenta.

L II.

Ad crebrum istum adversariorum poppysimum, quototi-  
es dona Dei, creaturas Dei, easq; per sese & in sese pensitandas  
plenis buccis intonant; supra in vindicatione argumentatio-  
nis tertia generalis, quæ proprie hoc objecto peti videbatur,  
abunde responsum est. Nunc ea saltem cavilla, quorum præsi-  
dio speciatim opera melioris nota moralia è viciorum censu  
excipere sudant, sub trutinam revocabimus,

L III.

Vi: quòd Bellarminus opera, quæ peccati rationem habe-  
ant, à Deo nullam unquam remunerationem reportare posse,  
tam operose ingeminat: ne mirum in modum prodit hîc, si us-  
piam alibi, suo se indicio forex (cùm alioquin omni studio dissi-  
mulare & premere conetur) quanam sit Helena illa, ob quam  
ipse & totus Pontificius grex tantoperè contra S. Scripturam  
& orthodoxam Antiquitatem pro virtutibus gentilibus tan-  
quam pro aris & pro focus depugnet; unicum nimirum meri-  
tum congrui.

L IV.

Huic enim unice metuit Iesuita, ut, actionum ante persona  
justificationem editarum probitate languidiusculè habente,  
paulo momento per se simul omnis de misello merito congruo  
gratia



gratiæ gratum facientis, charitatis habitualis & prima justifi-  
cationis strepitus in fumum ac ventum expiret. Caterum illa-  
rum constante remuneratione & puritate; tum & fidei in-  
formi, orationibus, contritioni, attritioni & sexcentis aliis ad  
justificationem primam Pontificiis dispositionib. suum congruè  
meritum factum rectum constare persuasum habet.

L V.

Et tamen totâ hâc de remunerationibus contentione ni-  
hil aliud lucratur, nisi ut novum & invictissimû telum nobis in  
manus tradat, quo & ipso virtutum gentilium jaçtata probitas  
penitissimè confodiatur & juguletur. Quia enim omnes hæc  
ἡ ποιοῦντες ἀγαθῶν ἔργων Rom. 2. v. 7. bona operantes, suum in cæ-  
lesti beatitudine manet pramium 2. Cor. 5. v. 10 Joh. 5. v. 29.  
Rom. 2. ver. 10. & non nisi piorum opera in utrem colliguntur  
Ps. 56. v. 9. ut illos in alteram vitam sequantur Apoc. 14. v. 13.  
ibiq; gloriâ suâ, angelorum & hominum inspectione & enco-  
miis coronentur 1. Cor. 4. v. 5. Ps. 9. v. 5. & 6, 35. v. 15. 73. v.  
20. Mat. 6. v. 2. & 5. utiq; Adversarij aut nihil in irregenera-  
tis in verè honorum operum censum, aut (quod malunt) eos-  
dem in sanctorum ac beatorum hominum atq; secutura gloria  
sortem quandam asciscant necessum est.

LVI.

Intolerabilis porrò error est in Jesuitâ, tanto alioqui me-  
ritorum & operum buccinatore, quod operibus infidelium ho-  
nestis nexo ac vicio quodam contaminatis omnem in univer-  
sum etiam temporalem remunerationem iniquè abrogat. Do-  
cumento illustri sunt opera pœnitentiæ Achabis, quæ DOMI-  
NVS insignibus beneficiis compensasse legitur 3. Regum 21.  
v. 29. Ecquis verò tam bardus, quis tam in historiis sacris est  
hospes, ut illa ab egregiæ hypocriseos notâ absolvenda suspice-  
tur?

3. Regum  
21. v. 25. &  
26. Cap. 22  
v. 8. & Seq.

LVII.

Nam exemplum obstetricum in Aegypto, quod ex Exodo  
C allegat



allegat Iesuitas nihil ad rhombum; quippe quæ à sincero DEI  
 Israelis timore seu cultu ut & à gentis Hebrææ prosapia Exod. 3.  
 v. 15. (namq. notula Ἡ He Hajedia in Lamjaldorh non patitur  
 gentile sequens substantivè in regimine cum vulgatâ versione  
 Latinâ accipere) haudquaquam erant alienæ v. 17. & 21. Multò  
 minus Nebucadnezaris Regis Babylonici, Dan. 4. v. 24. cujus  
 benefactis in Republ. gentilibus redemptionem peccatorum  
 blasphemio ore tribuere non veretur Bellarminus; cum ibi de  
 operum gentilium genere Danieli ne per febrim quidem somni-  
 averit.

LVIII.

Infinita enim intercedit dissimilitudo commonefactionis  
 Danielis & Aristotelis, ( quantumcunq. verbis utraq. συνο-  
 φηποτάτως congruere videatur) cum & ipse beneficentiam Re-  
 gi suo Alexandro commendat, scribens ad eum: Διὸ καὶ γὰρ τῆς  
 ἀρχῆς καὶ τῆς ἐξουσίας, ἀλλ' οὐκ ἐνεργείας κατὰ τὴν δόξαν. Propheta  
 namq. aphorismus & tota scriptura in beneficentiâ & liberati-  
 tate requirit fidem, spem, timorem, dilectionem Dei Israelis ac  
 invocationem, ejusdemq. gloriam, & jubet esse piè munificum.

LIX.

Hic verò in suâ gnome præter ἐνεργείας politica honesta-  
 tem reliqua omnia susq. deq. fert Rom. 3 v. 11. & 18. Insuper,  
 quia presidij atq. auxiliij Filij Dei fiduciam ac implorationem  
 & ( quâ neglecta, ad politicam gubernationis stabilitatem  
 nihil faciant humani ingenij inventa & instituta Proverb. 29.  
 v. 18.) ejusdem verbi prædicationem ac cultum alto & silentio  
 & ignorantia sepelit, utiq. eum commodam beatamq. subdito-  
 rum bono gubernationem non nisi humani consilij ac propria-  
 rum virium presidio attendendam sentire & svadere dubi-  
 um est nullum: Et deniq. hæc consideratâ hypothesi, quicquid  
 agat, verè non nisi impiam & infelicem ingerit ἐνεργείας,  
 Esai. 59. v. 8. Rom. 3. v. 16. 17. & 18. Osee 13. v. 9. Talem jam  
 itaq. munificentiam & Propheta docuisse? tali redemptio-  
 nesi

Esa. 10. v. 11.  
 & 13. A-  
 MOS 6. v. 13.

niem & expiationem peccatorum assignasse putandus sit? qui nec piis operibus expiari & redimi, sed iisdem poenam hujus seculi *מִתְפַּרְקִי* defricari, abcereri & saltem averti posse, in suis Chaldaeis fontibus liquido definit.

L X.

Ceterum obvertitur ex Prospero lib. contra Collatorem *Object. 2* Cap. 26. bonis natura vitam nostram mortalem posse honestari: atq; mox assumit Adversarius: At non peccata (sed sola actiones inculpata) vitam nostram honestare possunt. Nimirum iterum singulare modestie specimen hic praebeant, quam honeste, quam sobrie de morali & nunquam satis laudata civilis vite honestate sentiant sanctuli sc. illi vitæ I H E S V tribuli, tribules volebant me dicere: certe ut vix quispiam ineptius, inhonestius aut iniquius in eandem vel loqui vel sentire queat, quam hic sentiunt Adversarij, cum eam maxime propugnare videri volunt.

L X I.

Quod si enim nullum institutum, nisi a nato atq; omni macula purum ac illibatum, civiliter honestum potest esse: *ἄκακον* *ἡγήτωρ* consecrarium est, quod, cum nulla unquam sive Christiano sive gentili usurpetur actio, quin eadem vel interiorum spiritualium vel etiam Ethicorum requisitorum defectu quodammodo sit obfuscata; nullum quoq; sub sole, Iesuitis censorib. politicae honestatis titulo gaudere queat officium.

*Ecclesiasticis 7 v. 21 & 1. v. 15*

L X I I.

Certe Aristoteles disputat, nullum opus bonum posse bene fieri, neq; *τὸ ἐν ἔχρη ἐπ' ἐαυτῷ* nisi ex recta proficiscatur ratione & voluntate bona plenoq; habitu. Iam vero ostendant Adversarij unicum sive in Regulo Atilio, sive in Aristide, sive in alio quoquam *ἡνίκαι* habitus illius specimen ac documentum: aut si graviter id ferunt, & nihilominus solo illo habitu honestatem metiendam estimant, saltem ostendant prius cum Aristot. lib. 2. Nicom c. 1. & 4. affectuum effrenem & indomitam naturam

*lib. 2. Nicom. c. 4. & lib. 3. c. 2. & 6. c. 1.*



impotentiam, nec non voluntatem & mentem quoad obliquitatem priorem & morbum atq; habitus interim deficientis loco obtinentem viciositatem, vi deductorum suorum operum, arboremq; malam suis consimilis & ægrotantibus fructibus adminiculantibus corrigi, sanari & instaurari potuisse. Negaverint deinde verò, illa quoq; ipsa opera, qua habitum antevertebant & comparare fingebantur, in honesti censum cadere. Prodigiose deniq; iterum in univèrsum ex hoc quoq; principio negaverint, ullius unquam conatus & instituti ad civilis honestatis auram ac metam aspirantis factum hanc lucem aspexisse.

## LXIII.

Deinde advertenda etiam est in proposito sophismate turpissima questionum disjunctissimarum confusio & subdola status metamorphosis. Non enim hoc l. proprie querebatur, utrum quadam gentiliū studia, actiones & instituta possint mortalem vitam civiliter honestare: (Mundum enim sua non odisse sed amore & admiratione prosequi, facile subscribit, qui advertit Salvatori differenti Joh. 15. v. 19.) sed utrum illa ipsa civilis vita honestas Deo quoq; & verè inculcata ac irreprensensa censeri queat. Hic cardo vertebatur.

## LXIV.

Nobis per omnia negativam tenentibus, quòd ea non modo hominem & personam ipsam justificandi & salvandi vim obtineat planè nullam; sed quòd nihil omnino minimum maximum in homine gentili sit, quòd non ipsum Deo summè displicere ac condemnari, aut quòd contrà eidem grata obsequia sua approbare judicandum sit: Ac, cum quiddam in humanà naturà suo gradu ac modulo, quòdam Dei, quatenus eius opus, gaudeat a probatione; at tamen ne sic per se quidem persistat ad primam concretam & veram innocentiam, quà de Ephes. 4. v. 24. extra Christum attingere: id quòd in precedentibus satis illis quidem fixis & immotis arctibus communi-  
missis

mus, & adhuc evidentissimis ex S. Canone & orthodoxâ Antiquitate depromptis documentis demonstratum ibimus.

LXV.

Sic enim pergit Adversarius: vult DOMINVS suos non contraria facere, sed majora operibus infidelium, Mat. 6. v. 45. Si dilexeritis eos, qui diligunt vos &c. Quaso te Lector, Sanumne tu huic homini putas esse synciput? qui toties urget ea, qua nulli nisi ipsius themati subvertendo subserviunt maxime.

Object. 3.  
Ibidem  
lib. 8. Bel-  
larmini de  
gratia &  
lib. art.  
Cap. 9.

LXVI.

Quod si enim Salvator majora ethnicis benefactis poscit; certum est, quod non eadem, sed contraria operibus gentilibus illa esse velit. Vis cõsecutionis invicta & incõcussa in eo cõsistit, quod majoritas illa sive eminentia nõ dependeat à leviculo. Accidente aliquo, sed ab ipsis virtutũ Christianarum causis Formali, Efficiente & Finali, adeoq; à totâ penè definitione; qua per se, in se suâq; naturâ omnia è diametro opponuntur omnib. affectibus & energiis, qua (universa & singula partim per se partim harum contagio viciosa) in uno eodemq; cujusvis virtutis gentilis apotelesmate producendo perpetuo concurrunt.

LXVII.

Nam tametsi pleraq; civilis conversationis officia & opera utring, apud impios putâ & pios, in speciem similima sunt, & in materiâ quidem quandoq; conveniunt, hoc est, in genere sita; nunquam tamen in specie & differentiâ: compendio ut dicam; Hic in operante, Dei; illic non nisi Satane ignis & focus est: qua est differentia essentialis.

Aët. 17. v.  
28. 13. v. 15.  
Prover. 20.  
ver. 18.  
Ephes 2.  
v. 2. 2. Tim.  
2. v. ult.

LXVIII.

Clarioribus hoc verbis accipe: Ad bonum opus, Augustino dicente, requiritur, ut non modo aliqua bonum sit suo genere, hoc est, in materiâ; sed ut recto ac legitime fiat fine, motu & formâ essentiali: qua est sincera agnitio Christi & fides ejusdem justiciâ ac merito unice freta Ioh. 15. v. 4. & 5. 1. Tim. 1. v. 5. 2. Petr. 1. v. 5. absq; eâ namq; si qua videntur bona opera, in peccata vertuntur, quod probat Augustinus lib. 3. ad Bonifa-

C 3

cium



etiam Cap. 5. de civit. Dei lib 5. per aliquot Cap. & lib. 19. c. 25. in Comment. super Psal. 31: Est q̄ fides, nihil quicquam hesitant, studia & actiones suas, siue civilis instituti siue extra illud, Deo summè comprobari Rom. 14. v. 20. 22. & 23. Hebr. 11. v. 69. Ps. 51. v. 12. Philip. 2. v. 14. & 15. 1. Tim. 1. v. 19: è quâ si non fuerint, non sunt aliqua bona credenda, sed vicia, qua non iuvant suos operarios, sed condemnât, & inflatos precipitant, atq; eliminant à finibus salutis aeternae: ut gravissimè censent Prosper de vitâ contemplativâ lib. 3. c. 1. Origenes & Anselmus in Comm. suis in 14. Cap. Rom. Est q̄ deniq; fides & spes vias suas Christo commendans, & ab eodem solo expectans conatum presidium, successum & benedictionem Ps. 37 ver. 5 Colos. 3. v. 17. Prov. 3. v. 5. & 6.

## LXIX.

Finis, cuius observatione virtus inculpata prestari queat, non potest esse illa natura & Philosophis nota actionum ad Numen Divinum relatio, quod in suprâ citatis Andradius, & Bellarminus ex Cicero contendit: ea enim εὐσεβεία neq; Dei glorificatio est Rom. 1. v. 21. neq; eius inquisitio Rom. 3. v. 11. Psal. 14. v. 3. sed θεοῦ δόξα ἁπορία Act. 17. v. 23. & 22. εὐσεβεία Ps. 10. v. 4. 36. v. 1. Rom. 3. v. 18. 1. Sam. 2. v. 30. peccatum atq; abominatio Ps. 109. v. 7. Prov. 1. v. 28. Cap. 28. v. 9. cap. 15. v. 8.

## LXX.

Enimverò probati finis loco requiritur 1. gratitudo ad adversum agnita Christi beneficia: Evangelij divulgatio 1. Tim. 2. v. 11. 1. Pet. 2. v. 9. Christi gloria & honor unicus Col. 3. v. 17. 1. Cor. 10. v. 31. Ioh. 5. v. 23. Sine quo vero veri Dei cultu, quicquid virtus esse videtur, peccatū est. Ambr. lib. 1. de vocatione gentium Cap. 3.

## LXXI.

Deinde nō ambitionis & gloriae studiū aut propria utilitatis, sed impēsa proximi, etiā inimici, maximeq; eorundē aeternae salutis cura ac promotio, Mat. 6. v. 1. & 4. 23. v. 5. Luc. 6. v. 35. 1. Cor. 10. v. 33. Phil. 2. v. 4. 1. Tim. 1. v. 5. Gal. 5. v. 6. Neq; enim fructus bonus est, qui de charitatis radice nō surgit, quemadmodum

Augustin



Augustinus copiose differit in lib. de spiritu & litera, ubi concedit quidem gentes naturaliter aliqua legis vel facere vel sapere, sed inter verè bona opera numeranda esse constanter negat. Neg. verò eam, quam ratio usurpat, finis commodi & boni intentione, gentiliùmque, publicanorum atque hypocritarum dilectionem mutuis solummodo benefactoribus paratam, quã de iterum Iesuita disputat, Scriptura saltem indigitatione verã charitatis dignatur: Hac siquidem neminem, nisi ex veritate sit, verè prãditum concedit 1. Ioh. 3. v. 18. 4. v. 7. 12. & 16. 2. v. 10. 3. v. 14. 5. v. 2. Ioh. 13. v. 35. Mat. 5. v. 7.

LXXII.

Impulsivã accedat oportet, non vetustas litera Rom. 7. ver. 6. verùm unicus Dei voluntatis & beneplaciti respectus Numer. 15. ver. 39. & 40. 1. Sam. 15. ver. 22. & 23. Prov. 3. ver. 6. Eph. 5. ver. 10 & 17. Rom. 12. v. 2. Psal. 119. ver. 9. & 105. etiam in instituto civili ver. 24. Nec non prestita dilectionis Divinae 1. Ioh. 4. v. 19. & 11. atque hinc resultans ejusdem imitatio spontanea Eph. 5. v. 1. & 2. Ioh. 13. v. 34. Luca 6. v. 36. Psal. 110. v. 3. Eph. 6. v. 7. Psal. 51. v. 14.

LXXIII.

Ibi enim inoperante est Deus & Spiritus Sancti gratias solo Christi merito parta & fide accepta ver. 12. 13. & 14. & Ps. 143. v. 10. Rom. 7. v. 6. Eph. 2. v. 10. Esaiã 25. v. 14. Ioh. 3. v. 21. Phil. 2. v. 13. Rom. 8. v. 14. Gal. 5. v. 22. 3. v. 2. & 14.

LXXIV.

Iam verò in quocungue gentiliùm & non renatorum opere non modo nulla concurrens fides, nulla Christi agnitio, nulla vera dilectio; sed ambitio insuper dominatur & sui cura ac prospectio, Matth. 23. ver. 5. Philip. 2. ver. 21. 3. ver. 19: proprii consilij, prudentiã, propriarum virium confidentia & jactantia Esai. 10. ver. 11. & 13: Securitas Ps. 39. v. 6. 10. v. 6: prophana & Cyclopica temeritas & audacia, non curans quid Deus velit vel nõ velit, Rom. 3. v. 18. Ps. 10. v. 4: contempto atque obliu De. & hominũ Rom. 1. v. 28. 29. & 30. Tit. 3. v. 3: in misericordia



cum primis, quod quidem improbare nec volunt nec possunt  
 Mat. 5. v. 43. & 44: nullum est diverso Dei verbum, nulla obedi-  
 entia Osee 4. v. 1.

## LXXV.

Hæc, inquam, magnificentiâ, hæc gloriâ & diademate, verò  
 hoc ornamento, quod est verbum Dei & promissio, quia destitu-  
 untur omnes gentilium conatus, consilia & res gesta, insignes  
 & præclarissimæ quæq; veriùs miseria sunt quàm historia, &  
 veluti siliqua & palea à vento disjectæ Ps. 1. v. 4 tantum ven-  
 tris & carnis gloria 1. Pet. 1. v. 24. deniq; non nisi tenebra &  
 confusio & instar somniorum sunt Esai. 8. v. 20. & 22. 9. ver. 2.  
 1. Ioh. 2. v. 9. Ps. 39. v. 8. 73. v. 20. 90. v. 7. Esa. 29. v. 7. & 8.

## LXXVI.

Atq; hinc adeò fit, ut pius gentilium vias nunquam imi-  
 setur Jer. 10. v. 2. nec consilia quidem eorum Ps. 2. v. 1. 2. Cor. 1.  
 v. 12. Novit enim, quod omnes in illis ambulantes ignorent pa-  
 cem Esa. 59. v. 8. 1. Ioh. 2. ver. 11. perversissimis quippe iis E-  
 sai. 59. ver. 8. & non modo omni rectitudine exortibus, ibi-  
 dem; sed insuper cum contritione & calamitate conjunctis v. 7.  
 & omni ex parte infelicissimis v. 4. & 5. Ps. 1. v. 3. & 4. 7. v. 15.  
 Ideoq; die δία πᾶσιν à quavis Christianorum differentibus o-  
 peratione, 2. Cor. 6. v. 14.

## LXXVII.

Equibus omnibus deniq; sole clariùs elucet, neminem un-  
 quam gentilem aut irregeneratum γυναικᾶν virtutis actionisq;  
 piæ aut inculpate adornanda viam ac rationem novisse ullam  
 Esa. 59. v. 8. 1. Cor. 8. v. 2. 1. Tim. 6. v. 3. & 4. Rom. 1. ver. 28;  
 nedum actu ipso effectam & comprobata dare potuisse;  
 quam in sententiam nervosissimè Propheta Jer. 13. ver. 22. con-  
 cludit.

Potiora σφάλματα Typogr: sic corrigantur. Thesi 5. legatur  
 προάριστοι. 11. benefactoribus. 15. Παύλα. 29. יְהוָה שׁוּׁ. 30. confi-  
 derare potes. 31. Divina tamen. 53. pro ne l. næ.

99 A 6902

ULB Halle

3

002 064 405




17470c

Retro

VD17







205  
11A

ATIO XI.  
**XAMINE**  
**TRIDENTINI**  
 à REVERENDO  
 O CHEMNITIO OP-  
 s Capitulo de imbecil-  
 e & legis &c.  
*ns Capita tria,*  
**INFIDELIVM SEV**  
**NATORVM**  
*iones,*  
*Scripturae.*  
*ntificiarum solutionem,*  
 de qua  
 ð, *Preside*  
**GESNERO**  
 rofessore in Academ.  
 tteberg.  
 6. Maj. Anno 1602.  
**AM GIBELIVS**  
*gensis.*  
**BERG A,**  
 fgangi Meisneri.